



BIBLIOTECA
COMUNALE
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI
DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE
CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

SANTA SEDE. SACRA CONGREGAZIONE DEL CONCILIO, *Decreta S. Congregationis Concilii s.mi d.n. Urbani divina providen. papae VIII. auctoritate edita de celebratione missarum*, Trento, Giovanni Alberti, 1625.

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, TC I op c 7

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/116>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TARENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.


Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.





LEGATORIA
FABIO BEBER
Trento Via S. Martino 38

BIBLIOTECA COMUNALE
TRENTO



ex libris



K 5619169
D 1040729

Stca
TC I op c 7

DECRETA
S. CONGREGATIONIS
CONCILII
S^{MI}. D. N. VRBANI
DIVINA PROVIDEN-
PAPÆ VIII.
AUTHORITATE EDITA
De Celebratione Missarum.



ROMÆ,
Ex Typographia Reu. Camere Apostolicę.

Et Tridenti, Apud Ioannem Albertum, Impressorem,
Episcopalem. M. DC. XXV.

1625

DECRETA
S. CONGR. GATIONIS
CONCILII
S. DV. VIBIANI
DIVINA PROVIDEN
PAPA VI
APOSTOLICE SEDIS
De Celebratione Missarum



ROMA
In Typographia Reg. Camer. Apostolica
In Titulo, Anni Domini MDCCLXXV.
Episcopatus M. DC. LXXV.



VM saepe contingat, in quibusdam Ecclesijs tam magnum Missarum celebrandarum numerum ex varijs defunctorum relictis, aut piorum elemosinis impositu esse, vt illis pro singulis diebus praescriptis nequeat satisfieri, & tamen noua onera Missarum in dies suscipiantur indeq; fiat, vt depereant pie testamentum voluntates, obstricta benefactoribus fides violetur, defunctorum animae suffragijs priuentur, Ecclesijs debitus subtrahatur cultus, ac Christi fideles graui scandalo affecti, plerumque a similibus charitatis operibus retrahantur: Cumque his malis maximum inter cetera fomentum prebeat, aut quod ij, qui Missas supra vires celebrandas suscipiunt, sperent illas breui ad pauciores numerum a Superioribus reductum iri, aut quod Ecclesijs, sorte pecuniaru absumpta, plerumque nuda remaneat onera Missaru absq; vilo emolumento; aut quod elemosyna pro illis celebrandis sic adeo tenuis, vt non facile inueniantur, qui velint huic se muneri subijcere, & reddat Ecclesie, aut Monasterij adeo exigui, vt Sacerdotes pro necessaria sua sustentatione nouis se oneribus obstringere compellantur: SACRA CONGREGATIO CARD. CONC. TRID. INTERPRETVM animaduertens, facturam se rem Deo gratissi nam, charitatiq; ac Iustitie maxime consentanea, si pro viribus satagat hunc terribilissimum abusum a Christiana Republica conuere atq; eradicare: S. S. D. N. VRBANI Diuina prouidentia PP. VIII auctoritate sibi specialiter attributa, infra scripta Decr. edidit.

Ac primo districtè prohibet, atq; interdicit, ne Episcopi in Diocesi sua synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel alias quouomodo reducant onera vlla Missarum celebrandarum, aut post idè Concilium imposita, aut in limine fundatiõnis; sed pro his omnibus reducendis, aut moderandis, vel commutandis ad Apostolicam Sedem recurratur, que re diligenter perspecta, id statuet, quod magis in Domino expedire arbitrabitur. alioquin reductiones, moderationes, & commutationes huiusmodi, si quas contra huius prohibitionis formam fieri contigerit, omnino nullas, atque inanes decernit.

Deinde, vbi pro pluribus Missis, etiam eiusdem qualitatis, celebrandis plura stipendia, quantumcuque incongrua, & exigua, siue ab vna, siue a pluribus personis collata fuerunt, aut conferretur in futurum Sacerdotibus, Ecclesijs, Capitulis, Collegijs, Hospitalibus, Societatibus, Monasterijs, Coenubijs, Congregationibus, Domibus, ac locis pijs quibuscumq; tam secularibus, quam regularibus, SAC. CONGREGATIO sub obestatione Diuini Iudicij mandat, ac precipit ut absolutè tot Missæ celebrentur, quot ad rationem attributæ elemosynæ præscriptæ fuerint; ita ut alioquin ij, ad quos pertinet, suæ obligationi

bligatiōi non satisfāciant; quinimō grauius peccent, & ad restitu-
tionem teneantur.

Id verō vt deinceps obseruet exactius, SAC. CONGREGATIO
eadē auctoritate reuocat priuilegia, & indulta omnia quibusuis per-
sonis, Ecclesijs, ac locis pijs, tam secularibus, quā regularibus, cuius-
cumque Ordinis, Congregationis, & Instituti quacūq; ob causam
concessa, quibus indulgetur, vt certarum Missarū, vel Anniuersario-
rum celebratione, aut aliquibus collectis, seu orationibus, plurium
Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfiat.

Ac similiter, omne damnabile lucrū ab Ecclesia remouere volens,
prohibet Sacerdoti, qui Missam suscepit celebrandam cū certa ele-
mosyna, ne eandem Missam alteri, parte eiusdem elemosynæ sibi
retenta, celebrandam committat.

Præterea, ne in Ecclesijs, in quibus onera Missarum in perpetuum
imposita sunt, Sacerdotes in eis, vt par est, adimplēdis eō tepidiores,
ac seiores reddantur, quōd onera huiusmodi cū nulla, aut parua,
sint vtilitate coniuncta; statuit, atq; decernit, vt pecuniæ, ac bona mo-
bilis Ecclesijs, Capitulis, Collegijs, Hospitalibus, Societatib⁹, Con-
gregationibus, Monasterijs, Conuentibus, ac locis omnibus tam se-
cularibus, quā regularibus, atque illorum personis in futurum sim-
pliciter acquirēda cum onere perpetuo Missarum celebrandarum,
ab ijs, ad quos pertinet, sub pœna interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso
facto incurrenda à die realis acquisitionis statim deponi debeāt pe-
nes eodem Sacram, vel personam fide, & facultatibus idoneam ad ef-
fectū illa, seu illorum pretiū quamprimum inuestiendi in bonis immo-
bilibus fructiferis cum expressa, & indiuidua mētionē oneris, quod
illis annexum reperitur: ac si eadem bona imobilia auctoritate Apo-
stolica deinceps alienari contigerit, eorundē pretiū sub eadē pœna,
vt suprā: deponi, atq; in alijs bonis stabilibus itidem fructiferis cum
eiusdem oneris repetitione, atque annexione conuerti debeat.

Ad hæc SAC. CONGREGATIO quibusuis Capitulis, Collegijs
Societatibus, & Cōgregationibus, necnō omnibus, & singulis Eccle-
siarum, ac piorum locorum, tam secularium, quā regulariū Supe-
rioribus, vel alijs, ad quos pertinet, districte prohibet, ne imposterū
onera perpetua suscipiant Missarum celebrandarū, seculares quidem
sine Episcopi, vel eius generalis Vicarij, Regulares verō sine Genera-
lis, vel Prouincialis cōsensu, & licētia in scriptis, & gratis cōcedēdas
alioquin secularis, qui hui⁹ prohibitionis trāsgressor extiterit, ab in-
gressu Ecclesiæ interdictus sit eō ipso: Regularis verō pœnā priuatio-
nis omnium officiorū, quæ tunc obtinebit, ac perpetuæ inhabilitatis
ad alia de cætero obtinēda, vocisq; actiue, ac passiuę, absq; alia decla-
ratione incurrat. Elemosynas verō manuales, & quotidianas p Miss

de celebrandis ita demum iisdem accipere possint, si oneribus antea impositis ita satisfecerint, ut noua quoque onera suscipere valeant: alioquin omnino abstineant ab huiusmodi eleemosynis, etiam sponte oblati in futurum recipiendis, & capsulas auferant ab Ecclesijs cum inscriptione illa, Eleemosyna pro Missis, vel alia simili sub iisdem poenis ipso facto incurrendis, ne fideles hac ratione frustrentur. Episcopus vero, seu eius Vicarius, aut Generalis, vel Prouincialis, ubi de licentia pro perpetuis oneribus fuerint requisiti, in singulis casibus diligenter inquirat de singulis Missarum celebrandarum obligationibus cuiusque Ecclesiae, Monasterio, aut loco pio incumbentibus; nec antea assensum huiusmodi, aut licentiam praebent, quam eis legitime constiterit, illius Sacerdotes tantum nouo oneri suscipiendo, quam antiquis iam susceptis satisfacere possent, praecipuamque rationem habeant, ut redditus, qui Ecclesijs, & locis pijs relinquuntur, omnino respondeant oneribus adiunctis, secundum morem cuiusque Ciuitatis, vel Prouinciae, intelligantque si in re tanti momenti desides, aut negligentes fuerint, in Nouissimo Die se huius praetermissi muneris rationem esse reddituros.

Postremo ILLUSTRIS PATRES, non sine graui animi dolore intelligentes, mala fere omnia, quae regularem disciplinam euertunt, ac praecipue nimiam hanc facilitatem soluent in oneribus Missarum supra vires suscipiendis, veluti ex infecta radice, pullulare ex maiori Regularium numero, quam ferant redditus, & eleemosynae cuiusque Monasterij; inherentes Summorum Pontificum, ac Sac. Tridentini Concilij decretis hac de re editis, SS. D. N. auctoritate praecipit, ac mandat omnibus, & singulis Generalibus, Prouincialibus, Comitarijs, Ministris, Praesidentibus, Abbatibus, Prioribus, Praepositis, Guardianis, Vicarijs, & quibuscumque alijs Superioribus Monasteriorum, Conuentuum, ac Domorum regularium bona immobilia possidentium, vel non possidentium, cuiuscumque Ordinis, Congregationis, & Instituti existentium intra fines Italiae, & Insularum adiacentium, ut singuli, ad quos pertinet, in qualibet Prouincia, adhibitis, duobus aut tribus Regularibus sui Ordinis, vel Congregationis praebitoribus, & rerum usu petitoribus, bona immobilia, census, redditus, & praeuentus omnes, consuetas item eleemosynas, & obuentiones, tam communes Monasteriorum, Conuentuum, & Domorum eiusdem Prouinciae, quam etiam singularibus personis religiosis assignatas, seu permissas in communem usum deinceps conferendas decem annorum immediate praecedentium habita ratione, diligenter, & mature recognoscant, ijs omnibus detractis, quae reparationes, plantationes, gradines, sterilitates, aliaue cuiuslibet generis onera consueuerunt absorbere, eaque omnia scripto fideliter exarata, idem Superior, cuius interest, in proximo Capitulo, seu Congregatione generali, vel prouinciali coram tribus Iudicibus ab ipso meto Capitulo, seu Congre-

Congregatione deligēdis proponat, qui cōputatis huiusmodi redditibus, eleemosynis, & obuentionib⁹ vniuersis, & onerib⁹ vt supra detraētis, sedulo examinent, quot religiosi homines, cōnumeratis etiā laicis, alijsq; necessarijs seruitibus, in vno quoque Monasterio, Cōuentu, & Domo regulari iuxta regionis, & proprii instituti morē victum, & vestitū, & medicinalia in communi habentes, competenter valeant sustentari. Tum eorundem bonorum, reddituum, eleemosynarum, & onerum præcisam notam ipsimet Capitulo, seu Congregationi exhibeāt, vt in illo diligēter omnibus discussis, cuiusq; familiæ, Monasterij, Cōuentus, ac Domus regularis in singula quaq; Prouincia certus earum tantū personarum numerus Patrum capitularium voto præfigatur, quæ redditibus, eleemosynis, & obuentionib⁹, vt superius, sufficēter ali possint. Ne verò Superiores, qui id p̄stare debēt, ferius, aut remissius, quā par est, suo muneri satisfaciāt, mādāt SAC. CONGREGATIO, vt infra annum post proximum Capitulum generale, vel prouinciale computādum, omnia hoc de genere capitulariter gesta, in authenticam formam redacta ad Sacram ipsam Congregationem Concilij singuli mittāt, numerumque familiæ singulorumq; Conuentuum, Monasteriorum, & Domorum huiusmodi regulariū, Capituli, seu Congregationis generalis, vel prouincialis sc̄ntia, & auctoritate præfinitum, iisdē Superiores, tam Generales, & Prouinciales omnes, quā locales perpetuò seruare omnino teneantur, nec possint illum quoquo modo augere, etiā prætextu augmenti reddituum, absq; Sacre ipsius Congregationis licentia. Superiores autē huiusmodi, qui prædicta omnia in præfixo termino non præstiterint, vel numerum, vt supra præscriptum quouis modo augere præsumpserint, priuationis omnium officiorum, quæ tunc temporis obtinebunt, vocisq; actiue, ac passivæ, & ad omnia suæ religionis officia, & gradus inhabilitatis perpetuam pœnam eo ipso incurrere, atque alijs etiam grauioribus à Sede Apostolica infligendis pœnis Sacra Congregatio subiācere voluit, & declarauit.

Deinceps verò Monasteriū, Conuentus, Domus, Congregatio, vel Societas Religiosorum, seu Regularium, nullibi recipiatur, nisi, præceter alia ad id requisita, in singulis eiusmodi locis duodecim saltē fratres, aut Monachi, seu Religiosi degere, & ex redditibus, & consuetis eleemosynis, detraētis omnibus, vt supra, detrahendis, competēter sustentari ualeāt, ad præscriptum decreti sel. rec. Greg. XV. hac de re editi. Alioquin Monasteria, & loca huiusmodi post hac recipiēda, in quibus duodecim Religiosi, vt supra, sustentari, atq; inhabitare non poterunt, & actū non habitauerint, Ordinarij loci uisitationi, correctioni, atq; omnimodæ iurisdictioni subiecta esse intelligantur.

Porro ne ullo unquam tēpore hæc in obliuionem, seu desuetudinē habeant,

habeat, Superiores locales cuiusq; Monasterij, Cōuentus, ac Domus regularis curare, atq; efficere teneatur sub pœna priuationis officij, vocisq; actiua, & passiva ipso facto incurrenda, vt in p̄petuū, sexto quoque mense, idest feria secunda post primam Dominicam Aduentus, & feria sexta post Octauā Corp. Chrii p̄sentes ordinationes i publica mēsa p̄legatur. Omnib* quā laici quocūq; honore, ac potestate, p̄ditis p̄sentia Decreta declarādi, vel interpretādi facultate penitus interdicta.

Non obstantibus quō ad sup̄ascripta omnia, & singula in p̄senti- bus Decretis contenta, Constitutionibus, & Ordinationibus Aposto- licis in fauorem quarumcumque personarum, atq; Ordinum tā Mendicantium, quam non mendicantium, Militiarum, etiam S. Io. Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, ac cuiuslibet alterius Institutij, etiā necessario, & in indiuiduo expr̄imendi, Ecclesiarū, Mo- nasteriorum, Conuentuum, Collegiorum, Capitulorum, Hospitaliū, Confraternitatum, & aliorum quorumcumque, tam seculariū, quam regularium locorum, necnon illorum, etiam iuramento, confirmatio- ne Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & cōsuetu- dinibus, etiam immemorabilibus, priuilegijs quoque, idultis, & litē- ris Apostolicis etiam Marī Magno, seu Bulla aurea, aut alias nunciā- patis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac eū quibusuis etiā derogatoriis derogatorijs, alijsq; efficacioribus, & insolitis elau- lis, necnon irritantibus decretis, etiam Motu p̄prio, & ex certa scien- tia, ac de Apostolice potestatis plenitudine, aut alias quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu extensionis edictis, & litera- tis vicibus approbatis, & innouatis, etiam si pro illorū sufficienti de- rogatione de illis, eorumq; totis tenoribus, & formis specialis, & indi- uidiua, ac de verbo ad verbū, non autē p̄ clausulas generales, men- tio, seu queuis alia expressio habēda, aut aliqua alia exquisita forma seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de uerbo ad uerbum, nihil pe- nitus omisso, & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, p̄sen- tibus pro expressis habens, quibus quō ad ea, quæ p̄sentiibus aduer- sātur, illis alias in suo robore permāsuris, Sacra Cōgregatio Sancti- tatis Sux autoritate specialiter, & expressē derogat, ceterisq; con- trarijs quibuscumque.

Et nē p̄missorum ignorantia à quoquam p̄tendi possit, uoluit eadem SACRA CONGREGATIO, ut p̄sentes Ordinationes in Valuis Basilicarum Sancti Ioannis Lateranēsis, & Principis Aposto- lorum de Vrbe, ac in Acie Campi Florę, ut moris est, affixe, omnes, ad quos p̄tinet ita arctent, & afficiant, ac si unicuique p̄sonaliter in- timare fuissent, Vtq; earundem p̄sentiū transumptis, etiam im- p̄ressis

pressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo persone in dignitate Ecclesiastica constituta munitis, eadem proflus fides adhibeatur, quæ presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensa. Datum Romæ die 21. Iunii 1625.

Cosmus Cardinalis de Torres.


loco ✚ sigilli.

Prosper Fagnanus Sac. Congr. Secr.

Anno D. N. Jesu Christi millesimo sexcētesimo vigesimo quinto, Indictione octava, Pontificatus autem in Christo Patris, & D. N. D. Urbani Divina providentia P. P. Octavi Anno eius Tertio, die vero vigesima secunda mensis Septembris, suprascripta Decreta affixa, & publicata fuerunt, ad valuas Basilicarum S. Io. Lateranensis, & Principis Apostolorum de Vrbe, ac in Acie Campi Floræ, ut moris est per nos Camillam Fundatum, & Fabium Emilianum Sanctis, D. N. P. P. Curf.

Brandimartes Laticus Prelibeti S. S. S. D. N. P. P. ac S. Romæ & Vniuersalis Inquisitionis Curfor pro Mag. DD. Curf.





Biblioteca
Comunale

TC I

OP

C

7

TRENTO

DECRETA
S. CONGREGATIONIS
CONCILII

URBANI

PROVIDEN-

VIII.

STATE EDITA

tionem Missarum.

xrite

colorchecker



M50CPC0813



ROMÆ,
Ex Typographia Reu. Camere Apostolicę.

Et Tridenti, Apud Ioannem Albertum, Impressorem,
Episcopalem. M. DC. XXV.

1625